

**3637** I. o. m. et La. | mil.<sup>1</sup> ceteris|que dis | C. Iul. Pisiban. | Maxim. | Aemil. Papius<sup>2</sup> | tr. lat. leg.<sup>3</sup> II Ad., | v. s. l. m.

**3338** Hammoni<sup>4</sup> | I. o. m. et Lar. | mil.<sup>1</sup> ceterisq. | dis | M. Caec. Rufinus | Marianus | tr. lat. leg.<sup>3</sup> IV [F.] | v. s. l. m.

*Aquinci (Alt-Ofen) rep. (III 3460. 3463 hanc vidit Mommsen). — 1) Lares militares memorantur etiam in actis Arvalium anni 213 (supra N. 451 versus fin.). — 2) Fortasse C. Iulius Pisibanus consul suff. a. inc. (fasti ser. Lat., CIL. I ed. 2 p. 59). — 3) Tribunus laticlavus legionis. — 4) Si significatur Iuppiter Hammon, mirum est Hammonis vocabulum primo loco positum. Possis cogitare de signo Hammonii, quo Rufinus Marianus usus sit.*

**3639** diis Laribus | Gapetico|rum<sup>1</sup> gen|tilitatis<sup>2</sup>.

*Inter Salamancam et Meridam, loco dicto la Oliva, ubi fuit Capera Baeticae (II 804 descr. Accursius alique). — 1) Sic Accurs., Capel- alii. — 2) Cf. ad II 2633.*

**3640** Genio L.<sup>1</sup> nostri | Felix I.

*Pompets rep. in atrio aedium L. Caecilii Iucundi coactoris, in hermae aerei stipite marmoreo (X 860 p. 968 vidit Mommsen). — 1) Lucii.*

**3641** Genio M. n.<sup>1</sup> et | Laribus<sup>2</sup>, | duo Diadumeni | liberti.

*Pompets in domo Epidii Rufi, tabula aediculae podio inserta (X 861 vidit Mommsen; cf. Overbeck et Mau Pompeji p. 299 cum tab.). — 1) Marci nostri. — 2) Cf. N. 3605 not. 2.*

**3642** Genium | Clodi Romani, | Hermes ser. fec.

*Romae, parva basis (VI 258 vidit Henzen).*

**3643** Genio | Similis<sup>1</sup> | familia.

*Romae, nunc Urbini (VI 259 vidit Bormann). — 1) Nomen domini (num significetur C. Sulpicius Similis praefectus praetorio Traiani, plane incertum).*

**3643<sup>a</sup>** Ixus I. | Genio domini | v. s. l. m.

*Concordiae (Portogruari), arula (V 1868 vidit Mommsen).*

**3644** Genio mitissimi amantissimiq. | coniu|gis] et Iunoni suae, Horatia | Q. fil. . . . ria faciendum cura., | L. Spellati Saturnini<sup>1</sup>.

*Prope Lambaesium (VIII 3693 vidit Renier). — 1) Nomen mariti, inserendum fuit post coniu|gis].*

**3645** Iunoni Iusta[e] | n.<sup>1</sup>, | voto suscepto | pro salute eius, | Cleanthus I.<sup>2</sup> | Prixus Helle<sup>3</sup>, | Lar. d. d.<sup>4</sup>

*In ruderibus Lunae rep., una ut videtur cum protome muliebri (XI 1524 semel ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Nostrae (Iusta nomen fuit mulieris). — 2) Libertus. — 3) Servorum nomina, qui una cum Cleantho protomen dominae dedicaverint, putat Bormann fortasse recte. — 4) Lares dono dant. Nota imagines Larum dedicatas esse Iunoni dominae (de Iunonibus mulierum cf. Preller R. Myth. ed. 3 I p. 87. 271 II p. 196, item supra ad N. 3123).*

**3646** Genio | loci.

*Ostiae (XIV 11 vidi).*

**3647** deo | Genio | loci | v. s. l. m.

*Eburaci (Eph. 3, 78. 180).*